



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Quadragenaria praescriptio, nisi in casu, locum obtinet in ecclesiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

CAP. I.

PARS  
XXXVIII.

*Alexander III. Salernitano archiepiscopo.*

**D**E quarta vero decimæ & oblationis defunctorum, clerici ab impetione episcopi, quadragenaria temporis se posse præscriptione tueri videntur, nisi forte cathedralis sedes pastore interim caruisset, qui iura ecclesiæ suæ exigere debuit. Sed Romana ecclesia tricennalem præscriptionem contra ecclesiam non admitit.

CAP. II. *Jdem\* Cistrensi decano.*

Ex literis tua dubitationis intelleximus, te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas singulis singulas possidetis, & prætextu terminorum inter vos controuersiam verti, eo quod dicas eum antiquos fines egredsum, partem fundi tui occupasse: ille econtra asserit, se eamdem partem fundi 40. annis possedit inconcusse. Tu autem ad tuam præbendam quiete per idem tempus persistisse affirmas. Quia in re quaris cui incumbit probatio, petitori, an possessori: ad quod sane scire debes, quod iudicium finium regundorum tale est, ut in eo vtraque pars vices duorum habeat, agentis scilicet & eius cum quo agitur. Vnde hinc inde rite testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendam. Quibus examinatis, iudex <sup>16. q. 3. Di-</sup>  
<sup>lectio.</sup> quos præcedere intellekerit, ad fidem sibi faciendam admittet. Quod si forte ambarum partium testes æque idonei sunt, possessoris recipientur, cum promptiora sint iura ad absoluendum quam ad condemnandum, excepta causa liberali, in qua si vtriusque partis testes forsan æquales fuerint, pro libertate tamen semper pronuntiabitur. Nam possessori probationem aliquando dari, iuris manifesti est, <sup>16. q. 3. c.</sup>  
<sup>123.</sup> cum in sacris Canonibus cautum sit ita: Si quis obiecerit præscriptionem longi temporis, & eam probauerit, reportet possessionem: quoniam nemo recte obiicit, nisi qui possidet.

CAP. III. *Idem Rhemensi archiepiscopo.*

Controuersiam quæ inter Macularensem & Formo-